



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 132. Tridentini Patres a Papa Romam venire jussi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. comitabantur, illumque minus decen-
 A.C. 1549. ter ad id inducebant.

§. CXXXII.

*Tridentini Patres a Papa Romanam
 venire iussi.*

*Thucyd. 1. 6.
 2.*

Interea summus Pontifex, cum sibi sanguine junctos fovere, eosque honoribus augere semper intentus esset, admodum sollicitus hæsit, ut non modo Placentiam recuperaret, sed etiam Bononiam, ac Perusium tueri posset; quippe Bentivolii Ferrariæ Ducis auxilio freti nil intentatum, inausumque relinquebant, ut Bononiensem Urbem, ex qua a Julio II. pulsi erant, denuo sibi affererent: ex altera vero parte Rudolphus Ballionius Perusium, quod ejus Prædecessoribus Leo X. eripuerat, recuperare moliebatur, remque abs dubio aggressurus fuisset, nisi eum amplissima pollicitatione ab hoc proposito avertisset Florentiæ Dux, qui ante biennium eundem Rudolphum iis præfecerat copiis, quas Cæsari opem laturus in Germaniam transmiserat. Equidem summus Pontifex hucusque semper firmam concipiebat spem, fore, ut Imperator Placentiæ jacturam compensaturus eidem Senensem Rempublicam concessurus esset, cum autem se vana spe delu-

delusum cerneret, ac promissi execu- Sæcul. XVI.
A. C. 1549.
tionem usque ad obitum, qui ob gra-
ve Pontificis senium proximus credebatur, studiose protrahi cognosceret, hinc ea agendi ratione commotus, ac pristinae, qua se a Cæsare affectum existimabat, injuriæ haud immemor Tridentinos Patres quantocius Romam adire jussit, quæsito obtentu, quod ad inchoandam, uti promiserat, Ecclesiæ emendationem, ac restaurandam disciplinam unacum aliarum Nationum Episcopis horum Patrum operam impendere vellet, re tamen ipsa id fiebat, ut inde Cæsari molestiam crearet (*).

§. CXXXIII.

(*) Hoc loco Continuator suum animum in Pontifices, ac Cæsares semper malevolum fat luculenter ostendit; postquam enim ex proscripito suo Thuano, an vera, vel falsa enarraret, parum sollicitus nonnulla de Pontificum usurpationibus, ac Cæsaris fallacia iniquo calamo descripserat, his nondum contentus, ex sola calumniandi libidine de suo addidit, Patres Tridentinos a Papa Romam esse accersitos, *ut Cæsari per hoc molestiam crearet, cum tamen ipse Thuanus fateri coactus fuerit, id a Papa fuisse factum, ut non tam Cæsaris voluntati, quam suæ existimationi in Religionis negotio satisfaceret.*